Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Fratres nolite mirari si odit vos
mundus nos scimus quoniam translati sumus
de morte ad vitam quia diligimus fratres. Aliud. In hoc
cognoscimus caritatem dei quam ille pro nobis animam
suam posuit et nos debemus animas pro fratribus ponere. Ad
Filioli mei non diligamus verbo neque lingua sed opere
et veritate. Collecta. Pantti nobis tui domine timorem
et amorem pariter fac nos here perpetuum qui nunquam tua
gubernatione destituis quos in soliditate tue dilec
tionis instituis. Per dominum. Dominica iiii
Fratres humiliamini sub potenti manu dei ut vos
exaltet in die visitationis omem sollicitudinem
vestram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de vobis. Ad Deus
omnis gratie qui vocavit nos in eternam suam gloriam in xpo
ihu modicum passos ipse perficiet confirmavit solidabit
et ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Ad Gratias
omne quotumque fratres in verbo aut in opere ola in
nomine domini ihesu gratias agentes deo patri per ipsum. Or.
Pretector inter spiritum dei sine quo nihil est
validum nihil sanum multiplica super nos misericordiam
tuam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia
ut non amittamus eterna per. Dominica iiii oratio
Fratres Christiano enim quod non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur
in vobis. Ad Expectatio creature revelationem filiorum
dei expectat in xpo ihu domino nostro. Ad Vanitati crea
tura subiecta est non volens sed propter eum qui dilexit nos
et quia ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem
gloriae filiorum dei. Oro. Da nobis quesumus domine ut et
mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur et
ecclesia tua tranquilla devotione letetur per. Do. iii
Omnes unanimes in oratione estote et pa